



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

245. Divites difficulter salvari.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXLV.

*Didagma L I. Divites difficulter
salvari.*

I. Iesus dixit discipulis suis : Amen dico vobis , quia dives difficilè intrabit in regnū cælorum. *Matth. 19. v. 23.* Quàm difficilè, qui pecunias habent , in regnum Dei introibunt ! *Marc. 10. v. 23. Luc. 18. v. 24.* Discipuli autem obstupescabant in verbis ejus. At Iesus rursus respondens , ait illis : Filioli, quàm difficile est , confidentes in pecunijs in regnum Dei introire ! *Marc. 10. v. 24.* Et iterum dico vobis : Facilius est , camelum per foramen acūs transire, quàm divitem intrare in regnum cælorum. *Matth. 19. v. 24. Marc. 10. v. 25. Luc. 18. v. 25.*

II. Auditis autem his , discipuli mirabantur valde , dicentes , *Matth. 19. v. 25.* ad semetipsos : Et quis potest salvus fieri ? *Marc. 10. v. 26. Luc. 18. v. 26.*

III. Aspiciens autem (illos , *Marc. 10. v. 27.*) Iesus , dixit illis : Apud homines hoc impossibile est : *Matth. 19. v. 26.* sed non apud Deum : omnia enim possibile sunt apud Deum. *Marc. 10. v. 27.* Quæ impossible sunt apud homines , possibile sunt apud Deum. *Luc. 18. v. 27.*